Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dico iniquus ē. ⁊ in maiore iniquus ē. Si ergo in iniquo mā
mona fideles nō fuistis. quod uerum ē quis credet uob. Et si
in alieno fideles nō fuistis. quod uerum ē quis dabit uob. Ne
mo seruus potest duob dnis seruire. Aut enim unū odiet
et alterum diliget. aut uni adherebit. et alterum contemp
net. Non potestis deo seruire et mamone. Audiebant
autem omnia hec pharisei. qui erant auari. ⁊ irridebant illum.
Et dixit illis. Vos estis qui iustificatis uos coram hominib ds autem
nouit corda uestra. quia quod hominib altum est. abhominatio est apud
deum. Lex et ppheta usque ad iohem. ex eo regnum dei euangelizatur.
Et omnis in illud uim facit. Facilius est autem celum ⁊ terram transire.
quam de lege unum apicem cadere. Et omis qui dimittit uxorem
suam et duxerit alteram mechatur. ⁊ qui dimissam a uiro ducit
mechatur. XVI. Lectio. Dominica. Homo quidam erat diues et induebatur pur
pura et bysso. ⁊ epulabatur cotidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine lazarus. qui iacebat ad ianuam eius ul
ceribus plenus cupiens satiari de micis quae cadebant de mensa
diuitis. et nemo illi dabat. Sed et canes ueniebant et lin
gebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus et por
taretur a angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem ⁊ di
ues. et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos
cum esset in tormentis uidit abraham a longe et lazarum
in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere
mei et mitte lazarum ut intinguat extremum digi
tum suum in aqua ut refrigeret linguam meam. quia crucior
in hac flama. Et dixit illi abraham. Fili recordare
quia recepisti bona in uita tua. et lazarus similiter ma
la. Nunc autem hic consolatur tu uero cruciaris. Et in his omnib inter
nos et uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui uolunt hinc
transire ad uos non possint. neque inde huc transmeare. Et ait.
Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim
quinque fratres. ut testetur illis ne et ipsi ueniant in locum
hunc tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysen et
pphas. audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham sed